991. 1

Pro Memoria.

Cum hic Olomucij sit, qui colligat Orationis Domi=
nicæ translationes, quæ excreverunt usque ad
N. 250. tamen optandum, ut plura ad manum
ei suppeditentur. Viennæ nec quidem in Biblio=
theca Cæsarea reperitur Wittsianum opus:
quod tamen Petroburgi reperitur antiquæ et novæ
editionis, in qua Registrantur sequentes Linguæ:

1. Tungusica p. 654.
2. Mungalica p. 245.
3. Czeremissica p. 622.
4. Ostiakorum p. 633.
5. Jacutica p. 677.
6. Wogulicica p. 732.
7. Permica p. 811.

8. 9. 10. = 3. Samojedica p. 890.
et 11. Jucagirica p. 686.

Desiderat Collector, si haberi posset eadem Oratio

1v

Dominica linguis

Coreorum.

Dauriæ.

Mungalica.

Linguâ variâ Calmucorum

Georgicâ Melitinorum

Crimicâ

Morduinica

Jakuticâ et alÿs similibus Tarta=

=ria idiomatibus, et /: si fieri posset: / characteribus.

Gratia verò fiet ipsi maxima, si hæc et plura sup=

=peditari possent, quæ ad rem literariam faciunt,

quia non sine laude Beneficiorum nota fierent

nostra plaga Austriaca: ubi, et signanter Olomucÿ

Ephemerides literariæ singulis mensibus publi=

=cantur ad 6. phileras; et sic quolibet semestri

habebitur tomulus. Annus constat ad 3. fl. Rhen.

Forma est 8.vo Lingua verò Germanica.

Hæc raptim pro notitia gratia et favoribus.

Franc. Co. de Giannini Can.s Olom.

et Wr. Præpositus ad S. Mauritium

Olomucÿ.